Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26152
Copyright: Admont, Benediktinerstift



futura credebant. Sicut ergo ex aduentu xpi cre
dentes preteritorum fides. ita et illos futurorum ad sum
mam perfectionis adduxit. Quod si ad unam quamque animam
referatur expositio. uidebitur. donec paruula est ad huc
anima. et in perfecta subtutoribus posita doctoribus
ecclesie. siue angelis qui paruulorum tutores esse dicuntur. et
uidere semper faciem patris qui in celis est. Similitudi
nes auri fiunt ei. cum non solidis et fortibus aliter uerbi di
cibis. sed similitudinibus imbuitur uelut si dicamus
parabolis. et exemplis docetur. per quibus ipse xpc dicitur
etate et sapientia crescere et gratia. apud deum et homi
nes. In istis ergo similitudinibus imbuitur. et fiunt ei
paruule distinctiones argenti. Aperiuntur ergo inter
dum et his qui imbuuntur. parua aliqua et rara de
secretioribus misteriis. ut desiderium concipiant maiorum.
neque desiderari quod potest si penitus ignoretur. et ideo
incipientibus et primis in eruditionibus positis. sic non
sunt ad subitum cuncta pandenda. ita neque pe
nitus abscondenda sunt spiritalia et mistica. sed ut ait
sermo diuinus. faciende sunt eis distinctiones
argenti. et scintille quedam spiritalis intellegentie
animis eorum iniciende sunt. ut gustum quodammodo
desiderande sunt dulcedinis sumant. ne ut dixi
mus si penitus ignoretur. omnino non desideretur.